



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Processio in festo ascensionis. c. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Processio in die Ascensionis

fines feruorum tuorum: et vt defendas ab omni infestatione inimici: abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: vt tibi semp laudes referant, qui das escas omni carni. Per Christum dominum nostrum. **Responsorium: Amen. Oramus. Oratio.**

O Deus qui celi terreque dominator, te supplices exoramus, vt angelum tuum mittere digneris, qui custodiat et descendat fines et fruges famulorum tuorum ab omni incurSIONe inimici: vt abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: et tibi semp laudes referant: vt hic et in eternum pro te salui esse mereant. Per dominum nostrum. **Suntis predictis orationibus in agris, procedant ad ecclesiam vbi fieri debet processio: et cantent omnia, sicut supra signatum est in litteris maioribus. Completa processione, et dicto Bene dicamus domino, Deo gratias, Sacerdos deposito pluviali accipiat planetam, et cantet Missam feralem vt in missali.**

Processio in festo Ascensionis Domini. Cap. 14.

In festo Ascensionis Domini fit processio in aliquibus ecclesijs circa ecclesiam, vel plateam ipsius hoc ordine: Dicta tertia, sacerdos cum pluviali, et ministri sacris vestibus suorum ordinum induti, procedunt acolytis, cum cruce, cereis, et thuribulo, et aqua benedicta, et clericis sequentibus, hinc inde procedentibus veniant ad chorum: Et sacerdos ad invocationem processions genuflexus incipiat hymnum de Ascensione Domini, **Jesus nra redemptio**, vt infra in hymnis notatus est: et clericis prosequentibus procedant circa ecclesiam, vel plateam ibidem. Completo primo hymno incipiat secundum, **Aeterne ree altissime**. Ad portam vero ecclesie sacerdos incipiat antiphonam, **O rex glorie**, et omnes eam prosequantur procedendo ad chorum. **Antiphona.**

O rex glorie, domine virtutum, qui triumphator: bo die sup omnes celos ascendi - sti: ne derelinquas nos



nos orphanos: sed mitte promissus patris in nos spi-



rita, al le lu ia. Finita antiphona, duo clerici cantent. Ascendit deus in iubilatione, Alleluia, etc.

Et dominus in voce tube. Alla. Et sacerdos. Oremus. O

Deus, cuius unigenitus in alta celorum potenter ascendens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuas, tribue, quesumus, vt dona, que suis participibus contulit, largiatur et nobis Iesus Christus filius tuus Dominus noster: Qui tecum viuit et regnat per omnia secula seculorum. Responsoium. Amen.

De processione in festo Pentecostes. Cap. 15.



In die festo Pentecostes in aliquibus ecclesijs fit talis processio. Finita tertia, sacerdos cum ministris paratus accedit ante altare in iugis et genuflexis omnibus, sacerdos incipit hymnum. Veni creator spiritus, et reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu, argunt omnes precentibus acolytis cum cereis, cruce, et thuribulo, iunioribus procedentibus, et prosequentes hymnum predictum. Circueunt plateam ecclesie. Et facta processione intrant ecclesiam et firmant se clerici hinc et inde, et sacerdos in medio, donec terminet hymnus. Tunc incipitur introitus missae, et cantatur usque ad Gloria patri. Interim alii clerici in eminenti loco positi, picunt folia rosarum et aliorum paulatim super sacerdotem. Dicto et post introitum, sacerdos dicit in cantu Gloria patri, et clerici prosequentes vadunt ad chorum, et sacerdos cum ministris ad altare, et missam prosequuntur. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.



De processione in festo corporis Christi. Cap. 16. In festo sacratissimi corporis Christi fit ubique generalis processio sollemnissima: et induuntur clerici et religiosi sacris vestibus, et candelas in manibus deferunt ac ceteras. In hac processione cantantur hymni de festo corporis Christi. etc.